



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Praesumptio fugie[n]da est propter tria.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

inibus  
super-  
no po-  
ntalit  
bonū  
tus ho-  
ponit  
ino re-  
ndo ali-  
ut qui  
uc est  
ur ac-  
z vocat  
ad huc  
am ue-  
osfuit.  
uando  
qui ad  
incun-  
et pu-  
st. qui  
scens.  
e Gre-  
hoatis  
ut sem-  
Nemo  
mo de-  
si iam  
eren-  
ta est,  
super-  
d exi-

bit de peccato quando uoluerit, quæ promissio multos perdidit. Ecclesia- **Ecc. 29**  
fticus. Repromissio nequissima mul-  
tos perdidit dirigentes, & commo-  
vit illos quasi fluctus maris. Vnde Gre **Grego.**  
gorius. Quisque de se minime præ-  
sumat. quid enim sit hodie aspicimus,  
sed quid cras futurum sit, unusquis-  
que nescimus.

*Præsumptio fugienda est pro-  
pter tria.*

**S**ed primo uidendum est, quid sit præsumptio. Præsuptio est, quædo aliquis in cogitatione sua ratione æqua aliis se præponit. Et hæc est superbia, quæ uenit ex ignorantia sui. Vnde Ber. De ignorātia tua uenit **Bernar.** in te superbia ; sic autem superbia parit tibi ignorantiam, cum melior rem quam sis, decepta deceptrix tua cogitatio te esse mentitur. Quod deceptrix cogitatio talium sit decepta, potest cognosci per signa dicta à quodam Sancto dicente. Signa extollentium se in uiribus suis, sunt ista ; Individuari citò. **Velle statuere propriam uoluntatem.** **Litigare in sermonibus.** **Quod uitium fugiendum est propter tria.** Primò quia

**Q 2**

CHRISTIANA

presumente de se , auxilium dei subtrahitur; quo subtracto in bono non proficit , & tandem in malum corruit.

**Iudit. 6**

Iudith.6. Domine Deus celi & terrae intuere superbiam illorum , & respice nostram humilitatem , & sanctorum faciem attende , & ostende qui non derelinquis presumentes de te; & presumentes de se , & de sua uirute gloriantes , humilias . Ideo saepe Dominus permittit cadere viros factos , & in aliquod graue peccatum manifestum , ne de se presumant . Va-

**Augus.**

de P. Augustinus. Audeo dicere, uile est superbos cadere in aliquod mortale peccatum apertum & manifestum, unde sibi displiceat , qui sibi iam placendo ceciderunt . salubrius enim per-

**1.Re.15**

trus quando fleuit sibi displicuit, quando placuit cum presumpsit . Secundo , quia quanto magis se praestit tuosus apparet, tanto minus appre-

ciatur a deo . Exemplum habetur de Saule , ad quem dixit Samuel . Nonne cum parvulus es in oculis tuis caput in tribibus Israel factus es & sequitur . Pro eo ergo quod abieci sermonem domini , abiecit te de-

**Grego.**

minus ne sis rex . Vnde Gregorius . Quanto eris gloriose in oculis tuis tato coram deo & angelis eris uilior . Tertio , quia ille qui despicit proximum

stum aliqua ratione , despicit deum.  
Prou. Qui calumniatur egentem , ex-  
probrat factori eius , &c. Sicut disipli-  
cet artifici cū despicitur opus suum .

Pro. 14

*Præsumptionis remedia sunt tria .*

**P**rimum est incertitudo , quam  
habent homines in præsenti de  
bonitate sua , uel aliena . Eccl.  
Nescit homo utrū amore , an odio di-  
gnus sit . Idem . Vidi impios sepultos ,  
qui cum adhuc uiuerent , in loco san-  
cto erant . Vedit Salomon impios se-  
pultos in inferno , qui in mundo isto  
sancti tenebantur , & credebantur .  
unde Bernardus . Noli te comparare  
maioribus , noli minoribus , noli ali-  
quibus , non dico præponas , sicutas  
comparare præsumas . quando enim  
accidit homini qui de se solo bonam  
habet opinionem , sicut Aman qui  
credebat , quod à Rege esset honoran-  
dus , cum ab eo esset suspendendus .

Eccl. 9.

Eccl. 8.

Secundum est frequens meditatio sui  
status . Bernardus . Qui perfectè semet  
ipsum examinando intelligit , suo pec-  
cato nullius peccatum par esse existi-  
mat . Et P. Augustinus . Qui se ipsum Augus.  
considerat , non habet , quod in aliis  
reprehendat . Gall. 6. Opus aut suum Gall. 6.

Bernard.

Hst. 4.

Bernard.

Augus.

Gall. 6.

Q. 3